Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

et occasionem tentatori damus. Et accedens tentator
dyabolus dixit illi Si filius dei es dic ut lapides isti panes
fiant Dic lapidi huic ut panis fiat. Sciebat dyabolus quod
xpus futurus erat verus deus et homo per prophetas. Sciebatque ipse
virtutis xpi completum fuisse propter ebdomadas Danielis in quibus
erat determinate prefixus terminus sui adventus. Tunc propter
tribus tribus regni videbat ad homines alienigenam fuisse
iacob patriarcha predixerat. Sed nesciebat christum dominum esse
qui ihs nazarenus erat ipse xpus de quo et ipse predicta erat
veritatem propter eminentiam sanctitatis eius. et propter quoslibet
tribus respectu adventus xpi. Habebat quidem quidem ipsum
quod ipse erat verus xpus. et ideo de hoc voluit experiendo
accipere per tentacionem. intendens eum per illam tentacionem
eum induce ad peccatum si inveniretur purus homo. Sed
neutrum optinuit quia sicut vidit xpus quod nec divinitate
eius poterat prevaleri nec ipsum ad peccatum induce. Unde
vendit ad illum ihs Scriptum est enim. quia non in solo pane
corporali vivit homo. sed in omni verbo dei quod procedit de ore
dei Tunc assumpsit illum dyabolus in sanctam civitatem. et
duxit illum in templum. quod dicebatur sancta quia divino
cultui deputata propter templum quod erat in ea. et sta-
tuit eum super pinnaculum templi. sive tecti quod erat
desuper planum sicut fiebat tunc domus palestinorum Erat
autem intentio demonis illuc eum portans. ut a populo
civitatis illuc quasi volare videretur. et sic ferretur
in vanam gloriam. sed xpus divina virtute fecit quod nullus
eum vidit. quia in eius potestate erat videri et non videri
Et dixit illi Si filius dei es. mitte te deorsum. quia
hoc virtute patris potes sine periculo. et etiam propter ministe-
rium angelorum tibi ministrantium Scriptum est enim de te
in psalmo Quia angelis suis mandavit de te ut con-
servent te. et quia in manibus tollent te. ne forte